

tendi. ubi viderit quem diligentius occupari. **U**n gre. xiiij. mo. Existunt enim qualitates morum que ceteris vicibus sunt vicine. nam mores asperi aut crudelitati aut superbie solent esse coniuncti mores autem blandi et paulo amplius letiores quam decet nonnumquam luxurie et dissoluti iunguntur. Intuetur ergo inimicus generis humani uniuscuiusque mores. cuius vitio sint propinqui et illa opponit ante faciem ad que cognoscit facilius inclinare mentem ut blandis ac letis moribus sepe luxuriam. nonnumquam vanam gloriam. asperis vero mentibus iram superbiam vel crudelitatem proponat. Ibi ergo decipulam ponit ubi esse semitam mentis conspicit. quod illic periculum deceptionis miserit ubi viam nouerit esse propinquam cogitationis hec gre. Dicit etiam de eodem Leo papa. Non desinit antiquus hostis temptationum laqueos ubique pretereunt quomodo fidei credentium valeat corrumpere. nouit enim cuius vitium infundit inuidie cui incitamenta luxurie apponat nouit quem merore turbet. quem gaudio fallat. quem metu opprimat omnium discurrunt mores. omnium scrutatur affectus et ibi querit causas nocendi ubi viderit quem diligentius occupari. hec leo papa. **U**n dyabolus prout dicit **D**ugus quoniam decipere quemquam temptat prius naturam uniuscuiusque intendit et inde se applicat. Unde aptum homines ad peccandum aspiciunt blandis et leuibus moribus sepe luxuriam aut vanam gloriam proponit. asperis vero mentibus iram superbiam vel crudelitatem. hec **D**ugus **E**t considerandum est dictum aug. quod non omnes cogitationes nostre male semper dyaboli instinctu excitantur. sed aliquando ex nostri arbitrii motu excitantur. Bone autem cogitationes semper a deo sunt. hec Aug. Cum igitur malignus spiritus interiora nostra et cor-

poris motus per indicia exteriora dependere preualet. necesse est ut virtutibus et cum bono animo contra temptamenta et insultus dyaboli pugnemus. quod si viderit nos exterius ex pauore commutatos crudeli? **S** nos aiaf. De hoc iohan. abb. mo. sinai sic ait. **O**curramus cum gaudio et timore pulchro et bono certamine non dubitantes nec timentes inimicos nostros. quoniam in facie anime nostre intuetur. quibus non videant quod viderit ea ex pauore commutata. tunc contra nos crudelius animantur intelligentia fraudulenti. quod timuimus. **I**gitur gaudentes contra ipsos armemur nimis contra certantem propter nullum commocentur hec iohannes abbas.

**F**ilius **U**trum maligni spiritus possint temptare homines. **Q**uestus volunt. **Capitulum. XI** **P**ater

**S**ire debes quod antiquus hostis generis humani ad nocendum et temptandum sperant et quauis prauam voluntatem ex semetipso habeat potestatem tamen nocendi habere non potest nisi deus permittat. **Q**uod bea. gre. probat sic dicens Maligni spiritus ad nocendum nobis incessanter anxiantur sed cum prauam voluntatem ex seipsis habeant potestatem tamen nocendi non habent nisi eos voluntas diuina permittat. **E**t tamen ipsi quidem iniuste ledere non possunt nisi iniuste permittantur. hec gre. **U**n maligni spiritus possunt nocere hominibus suadendo sed non cogendo teste beato Aug. qui dicit. **D**yaabolus non cogendo sed suadendo nocet. sollicitare et suadere possunt. cogere non possunt omnino hec Aug. **E**rgo antiquus hostis immisso et interius malorum esse potest sed non impulsor quod si ei subesset facultas ad appellandum sicut ad suggerendum nullus posset vitare peccatum. **U**n sicut illi adest copia ad instigandum. ita nobis

**L**iber .II. **D**ist. III Ca. XI.

attributa ē libertas virtus ad resistē  
dum Nullus potest a dyabolo decipi  
nisi ille qui p̄bere voluit sue volūtatis  
assensu. De hoc Serenus ab. in sua  
collatoe sic ait. Aduersarios quidem  
nobis iugiter insidiari. qui cūq; interi  
oris hominis experiri sunt pugnas du  
bitate nō possunt. sed ita dicimus hos  
nostris p̄fecto aduersari. vt eos tm̄  
modo intentores maloꝝ nō aut eciaz  
impulsores esse credamus. Ceterū nul  
lus hominū posset omnino vitare pec  
catū. qd̄ cūq; illi cordi b̄ nostris inge  
terevoluisent se eis quēadmodū ad  
suggerendū. ita ecia ad p̄pellendum  
facultas violenta supererit q̄obrem  
sicut est in illis instigatiōis copia ita  
nobis virtus respuendi siue acquirē  
scendi libertas est attributa. quoz tam  
potencia et impugnatōes si p̄timelcū  
mus ecia p̄fectōes atq; adiutoria ecō  
trario p̄feram. De quo d̄ maior em̄  
qui in nobis est. q̄ qui in hoc mundo  
cuius auxilia multo vellem̄tore mili  
tari virtute. q̄ aduersus nos illorum  
multitudo p̄stigit. Nā bonaz rep̄ non  
tm̄ suggestor s; ecia fautor atq; ipul  
sor est deus. ita vt nōnūq; nos eciam  
iuitos et ignorantes trahat ad salutē  
Constat ergo neminez posse a dyabo  
lo decipi. nisi illū q̄ p̄bere sibi vluerit  
sue voluntatis assensum. Ergo māife  
stum est nūquēq; delinquere. q̄ igru  
entib; prauis cogitaciōib; nō eis cōse  
sim repulsam cōtradictiōis obiciat.  
Nam resistite inquit ei et fugiet a vo  
bis hoc Serenus. **E**t notādū  
q̄ pius dñs p̄siderās infirmitatem et  
fragilitatē hominū. tēptatōes aduer  
sarq; refrenat. et mala que electis eue  
niant modificat. vt simul nō veniāt. s;  
vt ip̄e temptatōes tm̄ que fieri p̄nt. a  
nimam t̄gant. et vt temptamēta que  
cumulata p̄imere poterāt. moderata

ac diuisa facilius tolerentur. De hoc  
bea. gre. xxi. anoz. exponens illud vide  
licet. Diuidit estus sup̄ terram sic ait.  
Hostis callidus quos luce iusticie em̄  
rescere p̄spicit. eoz mentes illicitis de  
siderijs inflāmare p̄tendit. vt plerūq;  
plus seyrgeri tēptatiōibus sentiant  
q̄ tunc cū lucis interne radios non vi  
debant. post lucem ergo estus sequitur  
q; post illuminatōz diuini muneris tē  
ptatiōis certamē augef. Recte vero  
diuidit estus d̄. q; nimitz non singuli  
omnib; sed quibusdaz vicinis et iuxta  
positis vicijs fatigātur. Alia quippe at  
q; inconp̄hensibil sancti spiritus gra  
cia cū luce sua nostras mentes irradi  
at. et temptatōes aduersarij dispenfan  
do modificat. vt simul non veniant. vt  
ip̄e tm̄ō que fieri possunt illustratā  
tam deo animam tangant. vt euz tac  
tus sui ardore nos cruciāt. p̄fectiores  
incendio nō exurāt. Paulo attestāte  
qui ait. Fidelis deus qui nō patitur  
vos temptari supra id qd̄ potestis sed  
facit cū temptatōe p̄uentum. vt possi  
tis sustinere. Hūc ergo estū aliter di  
uidit callidus sup̄lātator aliter misē  
ricoz deus et conditor ille diuidit. vt  
per illum cicius interimat iste vt eum  
tolerabilē reddat. Et in sc̄do morali.  
de eodē sic dicit. **S**ciendum  
est satbane vlūtas sp̄ iniqua est s; nū  
q̄ potestas iusta. q; a semetip̄o habet  
voluntatem. s; a dño potestatē. quod  
em̄ ip̄e facere inique appetit hoc deus  
fieri nō nisi iuste p̄mittit. **U**n̄ in libro  
regum dicit Sp̄s dñi malus irruit  
in Saul. Ecce vnus idēq; sp̄s et dñi  
appellat et malus. dñi vic; per licenti  
am potestatis iuste. malus autē p̄ desi  
derium voluntatis iniuste. Sed p̄fite  
randa est nobis in d̄bis dñi disp̄satiō  
sancte pietatis eius. quō hostē nostrū  
p̄mittit et retinet elaxat et refrenat alia  
**f. ij.**

ad temptandū dat sed subito ab alijs  
religat. Quā dicit ad sathan de Job. Om  
nerfa que h3 in manu tua sunt tñ i eū  
ne extendas manū tuā. substantiā pro  
dit. q̄ quidē postmodū temptari tra  
diturus est sed tñ non simul ad omnia  
relaxat hostem. ne vndiq; feriens fran  
gat ciues. mala em̄ cū multa eueniunt  
electis mira p̄ditoris gratia ex tpe di  
spensant. vt que coaceruata perimere  
possent diuisa tolerari. Hinc Dauid  
ait. p̄ba me dñe ⁊ tēpta me ac si aper  
te dicat. Prius vires inspicere ⁊ vt fer  
re valeo tēptari p̄mitte. h3c gregori.

**¶** Sciendū etiā q̄ sunt iter malig  
nos spiritus quidā forciores. ⁊ q̄daz  
infirmiores ad ipugnādum. vñ incipi  
entes ⁊ nouiter p̄uersi per infirmio  
res spūs tēptat vel ipugnātur. robusti  
ores vero ⁊ forciores in virtutibus ac  
bonis morib; maior pugna demonū  
ac forcior temptat ⁊ oppugnat. ⁊ h3 v  
niuscuiusq; vires difficultas certami  
nis augef. ⁊ nisi clemētissimus domi  
nus fm̄ vires hominū temptatōes mo  
deraret ⁊ refrenaret demonū incurfus  
nullus eorū nequiciā etiā qui sancti vi  
dentur sufferre possent. De hoc Here  
nus ab. in collatōe patru sic ait. Illud  
nequaq; ignorare debemus. nō eē om  
nes spiritus eiusdē ferocitatis ac desi  
derij sed nec omnis quidē fortitudinis  
atq; versucie ⁊ incipiētib; quidē atq;  
infirmis nō nisi infirmiores spūs in ce  
ramine p̄pari. Et h3 nequicijs spiri  
talibus superatis gradatū sp̄ aduersus  
athletaz cristi robustior pugna succes  
dit. p̄ p̄paratōe siquidē viriū ac p̄fecti  
humani etiā difficultas colluctatōis  
augef. nullo etenim modo quilibet sanc  
torū sufficeret taliū tātorūq; hostiū sus  
ferre nequiciā vel infidij eorū posset oc  
currere. sed neq; crudelitatez quidez  
ac seniciam sustinere si nō certaret p̄

nobis clementissimus arbiter atq; a  
gonizer p̄sidentis cristus ⁊ exequaret  
colluctantiū vires ⁊ imoderatos eorū  
insultus repelleret ac refrenaret icur  
sus. faceretq; cū temptatōe eritus vt  
sustinere possimus. Ceterz nemo poss  
set nō dico iuuenū quos videmus in  
hoc h3remo p̄stāissime p̄morari. s; ne  
q; p̄fectoz quidē tantis taliū hostiū ag  
minib; circūseptus in h3remo singula  
ris habitare. si in ipis esset. p̄ volūate  
sua nocendi vel temptadi facultas vel  
libertas. h3c Serenus ab. De eodem  
etiā beatus gre. ix. mora. exponēs illō  
Cōsiliū ipiorum nō adiuuēs. sic ait.  
Quos nāq; ipios nisi malignos spiri  
tus vocat. qui cū redire ipi ad vitā ne  
queunt. crudeliter socios ad mortem  
querūt. quoz nimiz p̄siliū fuit vt bea  
tū Job diuina correptio tangeret. ⁊ q̄  
in tranquillitate iustus extiterat. saltē  
p̄ flagella peccaret. sed impioz p̄siliū  
dñs nō adiuuat. qz eorū temptatōibus  
carnem iusti p̄didit. animaz negauit  
hoc indefinenter p̄tra bonos p̄siliū  
maligni spūs ineunt vt hi quos secui  
te deo inocue in tranquillitate p̄spici  
unt verati aduersitatib; ad voraginez  
culpe rapiant. sed eorū p̄siliū acumine  
destruit culpa qz pius cū virib; flagel  
la moderat. ne virtutē pena transeat.  
s; p̄ astutiā fortiū infirmitas humana  
excedat. nisi enī misericors deus viri  
bortē p̄ramēta modifcet. nullus p̄fec  
to esset q̄ malignoz spiritus infidias  
nō corruens portet h3c greg.  
**¶** Sed ⁊ hoc p̄siderādūz q̄ maligni spi  
ritus tanto validius insurgūt contra  
dei famulos q̄to magis cōspiciunt se  
p̄ eos victos ac in amore dei feruidos  
ac bonis opib; studiosius intētos. De  
hoc bea. gre. sic dicit. Quātuz antiqui  
hostis superatuz se p̄gnōscit. tāto infiri  
ari acrius nō quiescit. nā ad seruitutē

dei dum quis sperat. acriores contra  
 eum temptatōes excitat. Tunc enim con-  
 tra dei famulos hostis nostervalidius  
 progreditur et insurgit. dum ipsos in amo-  
 re dei firmos et in sacro ope studio-  
 sos assiduosque agnoscit. Nam etiam  
 in eo dicit Hilarius. in sanctificationis  
 maxie dyaboli temptamenta crassantur  
 quod victoriam magis exoptat de sanc-  
 tis sed omnipotens deus metes hominum  
 in quocumque statu existant temptari quoniam  
 tum volunt malignos spiritus non permittit  
 sed malicia eorum reprimat ne electi per  
 nimiam temptatōis veritati obruantur et de-  
 ficiant. quod beatus Gregorius xvij. mora. expo-  
 nens illud quod dominus Beemorb. ait  
 Qui fecit eum applicuit gladium eius sic  
 dicens Gladius qui prope istius Beemorb  
 ipsa nocendi malicia est. sed ab  
 eo a quo bonus per naturam factus est eius  
 gladius. quod eius malicia divina dispense  
 ratione restringit. ne tamen metes hominum  
 ferite quantum appetit permittat. quod si nos ter-  
 hostis et multum per et minus percutit eius  
 gladium pietas perditionis perstringit. ut re-  
 plicatus intra eius conscientiam lateat et  
 ultra quam desuper iuste disponit sese in me-  
 tes hominum eius malicia non extendat.  
 quod aures ad multa fortiter perualet. hoc  
 de principio humane perditionis potest. quod  
 vero a quibusdam vincit eius nimium gla-  
 dius ab auctore replicat. Sed nota-  
 dum quod multos exigentibus meritis feri-  
 re permittit. ut cum deum deserunt danato-  
 hosti famulentur. ab electis vero vale-  
 eius vincit. quo soli auctori omnium hu-  
 milius substernunt. quod igitur per hoc quod per-  
 mittere deo malignus spiritus valde in-  
 tolerabilis demonstrat aperte agnoscimus  
 cum quanto hoste pugnamus. superest ut  
 unusquisque nostrum tanto se plenius auc-  
 tori subiciat. quanto contra se verius violen-  
 tias aduersarij vires pensat. Quid nam-  
 que nos nisi pulvis sumus. Quid vero

ille nisi vnus ex celestibus spiritibus et quod  
 adhuc maior est sumus. Quid ergo  
 de propria virtute audeat quam contra angelorum  
 principem pulvis pugnat. sed quod supernorum  
 spirituum perditio terrenum corpus assump-  
 sit recte iam superbiens angelum humil pul-  
 vis vincit. namque dignum est vincatur a  
 puluere qui fortem se credidit deserto  
 creatore. ut agnoscat superatus. quod de se  
 elatus sit. sic superbia meruit dei. sic  
 humilitas exaltari. quod terrenus et celestis spi-  
 ritus erigendo se terram toleret. et ter-  
 ram possidens humilis sine termino  
 super celos regnet. lxxi. Gregorius. **P.**  
 Cum cum aliquis cogitationes malas sibi  
 aduenientes superat. non sibi de hoc victo-  
 riam tribuat. sed deo. quod nisi adiutorij  
 um dei et timor domini qui cordibus fidelis-  
 um per donum sancti spiritus infundit adese-  
 set et carnalia desideria reprimeret.  
 neque homo temptatōibus et pravis cogi-  
 tationibus resistere posset. De hoc beatus  
 Gregorius xvij. morali. tractatus illud. Quid  
 delusit hostis mare sic dicit Quid est  
 mare nisi cor nostrum furore turbidum. rix-  
 is amarum. elatione superbie tumidum. frau-  
 de malicie obscurum. quod mare quantum se-  
 uiat attendit. quisquis in se occultas cogi-  
 tationum temptationes intelligit. Ecce  
 enim iam pueris relinquitur iam desi-  
 derijs rectis inheremus iam prava ope-  
 ra foris abscedimus sed tamen latenter in-  
 tus ea cum qua buccemur vitexeteris  
 cella fatigamur. quaz nisi respectus  
 iudicij eterni pauor tormenti imensique  
 timoris claustraque perstringeret. cuncta  
 in nobis penitus superedificati opus su-  
 dametra corruissent. si enim quod per sugge-  
 stionem seuit intrinsecus per deliberationem  
 eam foras erumperet. vite nostre fabri-  
 ca funditus eversa facta cuisset. iniquita-  
 te namque concepti et in delicto educati vel  
 editi et per infite corruptionis molestias  
 pugnam nobiscum buccemur. quam  
**F. iij.**

cū labore vincamus. **U**n de hoc mari dicitur. **Q**uā erumpēbat quasi devulva procedēs. **V**ulva em̄ prava cogitationis adolescentia est. d̄ qua p̄ **M**oyſen dñs dicit. **S**ensus ⁊ cogitatō humani cordis prona est ad malū ab adolescentia sua. **C**orruptōis nāq; malū qd̄ unusquisq; nostr̄ ab ortu desiderio ruz carnaliū sumpt̄ in p̄fectu etatis exercet ⁊ nisi hoc cūcius diuine fortitudinis manus reprimat. om̄e p̄dite nature bonum rep̄ere culpa in p̄funduz vorat. **N**emo igit̄ cogitationū suaruz victoriaz sibi tribuat cū veritas dicat **Q**uis p̄clusit hostijs mare. qñ erūpēbat quasi de vulua procedens. qz nisi ab ip̄o cogitatōis p̄imordio cordis fluctus diuina gracia retineret. tēp̄rationū p̄cellis mare seuiens terrā p̄culdubio hūane mēt̄is obruisset. **S**olus ergo dñs hostijs mare p̄clusit q̄ p̄nis moribz cordis claustra ispirate formidinis obicit. **U**n bñ subiūgit. **C**ircūdēdi illud terminis meis **T**erminis suis dñs hoc mare circūdāt qz cor nostrū temptatōibz humidū occultis d̄noz distributōibz mitigat. mō agēs ne prava suggestio ad delectatōz veniat. modo ne prava delectatō ad p̄sensū p̄rumpat. **Q**ui ergo illicitos motus cordis respicit ⁊ in quibusdā eos vsq; ad consensum venire p̄hibet in quibusdāz vero illos ecia ad delectatōz restringit n̄m̄iz furenti mari terminos imponit vt neq; in ope exeat sed intra sinum mēt̄is tēp̄ratōnū submurmurationis seunda collidat h̄c gr̄e. **Q** **N**otandum ecia qd̄ dyaboli tēp̄tamēta n̄ solum electis nō nocēt sed p̄sunt. q̄a dum tēp̄rant̄ in humilitate conseruātur ⁊ in pugna sp̄uali erudiūt ⁊ v̄do ī p̄nti ⁊ in futuro tēp̄ratōes huiusmodi saluti iustoz deseruiūt. qd̄ bea. **G**reg. aliquant̄ r̄agit. xxxiij. mo. exponēs

illud **N**ūquid feriet tecū pactū subaudi vt mecū ⁊ accipies eū seruū sempiternuz subaudi vt ego sic ait. **S**olert̄er intrēduz est qd̄ pactū cū dño d̄c uiathan iste feriat vt sempiternus ab eo seruus habeat. **I**n pacto nāq; discordantiū p̄tū voluntas implet. ⁊ ut ad votum suum quisq; pueniat. ⁊ iurgia desiderato sine p̄cludat. **A**niquif itaq; hostis a sinceritate diuine inocēcie malicie sue face succensus discordat. sed ab eius iudicio ecia discordādo nō discrepat nā viros iustos temp̄ maliuole temptare appetit. sed tñ hoc dominus vel misericorditer fieri v̄l iuste p̄mittit. h̄c ip̄a ergo temptatōis licentiā pactū vocat. in qua ⁊ desiderium temptatoris agit ⁊ tñ p̄ ea modo voluntas iusti disp̄satoris implet. **E**rudiens em̄ electos suos dñs sepe tēp̄tatori subicit sed hac ip̄a tēp̄tatione disponit. vt qui elati p̄re poterant humiliati a p̄ditōe seruiēt. **S**ecreto ergo dispositōis ordine v̄n̄ ferire p̄mittitur iniquitas dyaboli. ino pie p̄fici bonitas dei. **E**t bene ex hoc pacto qd̄ cū dño ferire d̄z seruus accipi perhibet qz in obr̄pat nutrit̄ sup̄ne gracie. v̄n̄ exercet iram nequissime voluntatis sue. **S**eru⁹ ergo ex pacto est. qui dū voluntatem suam implere p̄mittit. a sup̄m̄i p̄silit̄ voluntate ligat. vt electos dei volentes tēp̄tet. ⁊ temptando nesciens p̄bet. sed qz tā diu in electoz vita vsq; seruit q̄ diu malicie sue nequiciā suā tēp̄ratōibz exercere p̄ruerit. hoc aut̄ ī loco nō solū ex pacto seruus sed sempitern⁹ seruus accipi d̄z. inuestigare p̄pellimur quō ⁊ p̄ p̄ntis vite terminū seruire cū dño in p̄peruum demonstramus. **N**ecq; em̄ tūc iustos celesti felicitate pollētes ad hoc temptare p̄mittimur. cū añ coruz oculos eterne gl̄e ignibz mācipa

tur qz neq̄q̄ in illa eterna beatitudine  
 tēparatōibus erudiēdi sunt. in qua iaz  
 tēparatōnū laboribz remunerāf. sed  
 cū leuiatā iste cuz suo corpore repro  
 bis vicz oibz flāmis vlticibz tradit  
 tur. quibz sine fine crucief. quos scilicet  
 cet cruciatus dum iusti p̄spiciunt i dei  
 laudibz crescūt. qz in se cernūt bonū  
 quo remunerati sunt. et in illis p̄spi  
 ciunt malū qd euaserūt et q̄uis ex vifi  
 one dñica coz gaudiū nō sit quo ces  
 scat tāto magis tñ auctori suo debito  
 res esse se sentiunt. quāto et bonū cer  
 nunt qd iusti remunerati percipiunt.  
 et malum qd misericorditer adiuti vi  
 cerunt. idō si vilitati iustoz et hic tem  
 paratō leuiatā istius et illic dānatio  
 pficit sempiternus seruus est dum dei  
 laudibz nesciens seruit. et illic eius pe  
 na. et hic voluntas iniusta. lxx Greg.

Filius

**D**esidero scire quare nōnūq̄ reli  
 giosū viri paciant tepiditatem et  
 quandā ignauā in operibz bonis et  
 in diuino cultu et amore dei. de quibz  
 aliquam informatōz habere a te pater  
 exposco

Ca XII Pater R

**S**ire debes qd

tepiditas seu desidia mēris  
 siue corpōris solet euenire tripliciter.  
 Primo ppter negligenciam p̄riā. cū  
 remisse se hz homo i spūali exercicio  
 vel cū coz suū non custodit a noxijs et  
 supuacuis cogitatōibz vel cuz aliquis  
 nimis sibi indulget de p̄modis corpō  
 ralibz vicz de cibo de potu somno et ce  
 teris. que p̄inēt ad p̄modū corpōris.  
 ppter huiusmodi em̄ negligencias in  
 curit tepiditas et sterilitas mēris et  
 corpōris que tepidū faciūt hominem.  
 in dilectōe dei ac ceteris opibz bonis  
 Secūdo tepiditas siue desidia solet e  
 uenire p̄ ipugnatiōes dyabolicas. qd

accidit qñ homo facit qd in se est bo  
 nis opibz insistendo. et tñ p̄ subtilē tē  
 paratoris calliditatē efficit accidiosus  
 et tepidus mēte et corpe ad exequēdū  
 opus bonū. et ad ea que p̄tinent ad sa  
 lutem. Tercio tepiditas solet euenire  
 ex dispensatiōe aut permissiōe dei.  
 et hoc p̄tingit quando deus graciā suā  
 subtrahit homini et paulisper d̄reliq̄t  
 vt ex hoc homo i p̄riā ifirmitatē hūi  
 liter intruens sup puritate cordis quā  
 prius ex dono gracie dei habuit se nō  
 extollat et post recuperatā graciā eāde  
 postmodū cū maiore diligētia i se stu  
 deat conseruare. De quo Daniel ab.  
 in collatiōe patrū sic ait. Tripartita nos  
 bis a maioribus racio sub sterilitate  
 mēris est tradita. aut em̄ de negligē  
 cia nostra. aut impugnatiōe dyaboli.  
 aut de dispensatiōe dñi ac p̄batiōe nos  
 tra descendit Et de negligēcia quidē  
 cuz vicio nostro tpe p̄cedēte in circū  
 specte nosmetipsos et remissius exhib  
 bentes. et p̄ ignauiaz d̄sidiā noxijs co  
 gitarōibz pasci terrā cordis nostri. spi  
 nas et tribulos facimus germinare. q̄  
 bus i ea pullulantibz p̄sequēter effici  
 mur steriles ab om̄i spūali fructu et cō  
 templatiōe ieiunij. De ipugnatiōe d̄o  
 dyaboli cū eciā bonis nōnūq̄ studijs  
 dediti callida subtilitate mētes adue  
 sario penetrāte vlt̄ ignorātes optimis  
 intentōibz abstrahim̄ vlt̄ iuiti. dispen  
 satiōis aut ac p̄batiōis dñi duplex est  
 causa. p̄riā vt paulisper a dño derelic  
 ti et mēris nostre ifirmitatē hūiliter  
 intrētes sup p̄cedētē puritatē cordis  
 que nobis est illius v̄sitatiōe donata  
 nullatenus extollamur. p̄bātesq̄ nos  
 ab eodē derelictos gemitibz nostris et  
 industria illū leticie ac puritatis statū  
 recuperare nō posse intelligam. et p̄es  
 ritam cordis alacritatē nō nostro frus  
 dio. sed illius nobis dignatiōe colla  
 f. iij.